

Loisius Thomasii de Angelis iudex

3

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Loisius Thomasii de Angelis iudex

3

1446-01-16

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
 quadragesimosexto. Regnante ... Alfonso Dei gratia
 rege Aragonum, Sicilie citra et ultra farum, Valentie,
 Ierusalem, N Hungarie, Maioricarum, Sardenie et
 Corsice, comite Barchinone, duce Athenarum et
 Neopatrie ac etiam Granate ×××, regni ... huius
 sui dominii anno undecimo, ... dominante quoque
 in principatu Tarenti et civitate Mathere ... Iohanne
 Antonio de Baucio de Ursinis, principe Tarenti, regni
 Sicilie magno comestabulo etc.; mense Ianuarii, die
 sextodecimo eiusdem, none indictionis, Mathere.

Nos Loysius Thomasii de Angelis ××× per provinciam
 Terre Ydronti tantum reginali auctoritate ad contractus
 iudex, Iohannucius Birardi de Sinercha de eadem civitate
 Mathere, puplicus ... per totum regni Sicilie ×××
 notarius, Donatus de Leone, Francalancia preceptor
 Picziani, Franciscus Thomasii de Angelo, Antonius
 Iacobi notarii Luce, Angelus Antonii de Ciminello,
 Antonius Iacobi Aque ×××, Antonius Pascalis Iohannis
 Midalie, testes ... de eadem civitate Mathere, ...
 fatemur ... quod ... constitutis Donato notarii Eustasii,
 procuratore bonorum omnium ecclesie sancti Francisci
 de Mathera, ... et Antonio de Caruso ac dopno Matheo
 Nicolai Piperis de eadem civitate, ... prefatus ... Donatus
 ... asseruit ... habere, ... nomine et pro parte dicte
 ecclesie petiam unam terrarum laboratoriarum, sepis
 et parietibus circumdatam sursum usque ad murgiam
 cum certis arboribus, certis criptis, cisternis ad aquam
 et gravinellis intus in ea sistentibus, sitam ... intus
 in territorio Mathere, in contrata Matinella, iuxta
 viam puplicam per quam itur a Mathera Piczianum,

iuxta vallonem de ×××. prefatus ... Donatus ... per presentem contractum emphi-//-teuticum imperpetuum locavit et concessit ... prenominatis Antonio de Caruso et dopno Matheo, eius cognato, ... supradictam petiam terrarum la-/-boratoriarum ... exceptis aliquibus molis seu macinis factis ad macinandum olivas, ... sub annuo redditu sive censu tarenorum quindecim

Quod scripsi ego prefatus Iohannucius ... notarius ... † Ego Loysius Thomasii de Angelo reginalis qui supra ad contractus iudex me subscripssi † Signum crucis proprie manus Francisci Thomasii de Angelo te-/-stis ut supra inliciterati et scribere nescientis † Ego Donatus de Leone testor qui supra † Signum crucis proprie manus Francisci Thomasii de Angelo ut supra testis inliciterati et scribere nescientis † Ego Angelus Antonii Ciminelli qui supra testis me subscrissi † Ego Francalantia Preceptor Picziani qui supra testis sum † Signum crucis proprie manus Antonii Iacobi Aque ××× ut supra testis inliciterati et scribere nescientis † Signum crucis proprie manus Antonii Iacobi notarii Luce ×××